



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino  
Lugduni, M. DC. LXXX.**

7. An impuberes, etiam si sint doli capaces, possint ad pias causas testari?  
Et quid cum dispensatione, & permissu Principis? Ex p. 7. tr. 6. res. 7.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

## RESOL. V.

De his qui ad pias causas testari possunt? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 5.

§. 1. **D**e his qui testamenta ad pias causas condere possint hæc tenenda est regula omnes ad pias causas testamenta condere posse, qui habiles, hoc est, tales sunt, qui alias testari iure communi non prohibentur. Grassus, *tract. de success. §. testamentum quæst. 17. n. 2. Iul. Clarus lib. 3. recept. sent. §. Testamentum. q. 5. num. 2.* Valquius, *tr. de success. progress. §. 1. n. 179.* Ioan. Sichard, *ad rubr. C. qui test. fac. poss. n. 21.* Tiraquell, *tr. de priuil. pia caus. priuil. 79. §. Sed contrarium.*

2. Dicendum est igitur, quod qui de iure communi testari prohibentur, hi etiam ad pias causas testari nequeunt, ut docet Glossa in *leg. 1. Cod. de Sacr. Ecclesi.* Ideo speciatim querendum est.

## RESOL. VI.

An filiusfamilias possit ad pias causas testari? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 6.

§. 1. **V**ariæ de hac Quæstione sunt opiniones, Bart. in *l. 1. in 3. q. p. princip. C. de SS. Ecclesi.* dicit, quod in bonis aduentitiis, in quibus queritur ususfructus Patri, possit filiusfamilias testari ad pias causas cum consensu Patris; in aliis autem, quæ pleno iure ad filiumfamilias pertinent, possit filiusfamilias testari ad pias causas etiam sine consensu. Et hanc sententiam sequitur Imol. sibi contrarius in *cap. 2. de Testam. & Rom. in Au. similiter in 19. special. Cand. leg. Falcid. Paul. Castren. cons. 101.* ad primum quæsitum videtur respondendum, in 2. dubio, l. 1. Verum idem Bartol. in *l. qui in potestate, in fin. p. incip. ff. de Testam.* dicit omnino contrarium, videlicet, quod in bonis aduentitiis, in quibus non queritur ususfructus Patri possit filiusfamilias cum voluntate Patris testari ad pias causas, in aliis non possit, & hanc opinionem sequitur Paul. Castren. in *l. senium, C. qui Testam. facere.* Sed hæc duæ opiniones passim, & ubique ab omnibus ferè reprobantur. Alij volunt filiumfamilias cum consensu Patris ad pias causas testari nunquam posse, neque de iis bonis, aduentitiis, in quibus Pater habet ususfructum, neque etiam de iis in quibus Pater non habet ususfructum, & ita volunt Archidia. Ioan. & Andr. & Petr. Anchor. in *l. licet de sepul. l. 6.* Idem Io. Andr. in *c. si Pater, in princ. de Test. l. 6.* Petr. Perus. & Petr. Anchor. in *c. 2. eod. tit. Imol. & Francisc. Aretin. in l. qui in potestate, in princ. ff. de Test. Fulg. & Ias. qui dicit hanc partem esse veriorè, in puncto iuris, licet ab affirmatiua iudicando, & consulendo non auderet recedere, in *l. sen. C. qui test. fac. Id. Fulg. in l. 1. ad fin. C. de SS. Ecc. Pan. cons. 63. videtur l. dictu leg. col. 3. v. 4. adducit lib. 1.**

2. Sed obtinuit sententia existimantium filiumfamilias, sine patris consensu testari ad piam causam non posse, etiam si de bonis aduentitiis velit testari, patre vero consentiente testari ad pias causas non prohiberi. Syn. Bald. Angel. Salicet. Rom. & Alexand. in *l. senium, C. qui testam. facere. & est comm. opin. Couar. in rub. de test. part. 3. n. 23.* Tiraq. *priu. pia caus. 78. in fin. Clar. §. Test. q. 5. n. 7.* Graf. §. Test. q. 17. n. 12. Et hæc opinio indistinctè procedit siue huiusmodi filiusfamilias velit ad pias causas testari de bonis aduentitiis, in quibus patri non queritur ususfructus, siue etiam de illis in quibus patri ususfructus acquiritur, ita est communis Clar. *d. loc. n. 8.* & Graf. *d. loc. n. 13.* Vbi tamen notandum est, quod si filiusfam. in huiusmodi testamento condito ad pias causas, faciat aliqua legata

aliis personis, talia legata nihil valent, non tamen accrescunt piæ causæ, sed veniunt ad venientes ab intestato, Bald. in *l. senium in fin. C. qui testam. facere.* & in hoc neminem discordare dicit Ias. in *l. hac consulti ssim. §. ex imperfecto, post. n. 10. vers. Secundo pro ista, C. de test. Clar. §. Testam. q. 5. n. 9.*

3. Sed circa præsentem quæstionem præter Doctores citatos, vide Hulticum Hunnium in *Encyclopedia iuris p. 4. tit. 3. c. 1. n. 17.* & Malder. de *Iust. tr. 1. c. 11. dub. 3.* Villalobos in *sum. to. 2. tr. 30. diffie. 10. n. 3.* Eminentiss. Cardinal. Lug. de *Iust. 10. 2. disp. 24. sect. 4. n. 67.* Fillium *to. 2. tr. 34. c. 7. n. 158.*

## RESOL. VII.

An impuberes etiam si sint doli capaces, possint ad pias causas testari?

Et quid cum dispensatione, & permissu Principis? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 7.

§. 1. **N**egatiuè respondeo cum Villalobos in *sum. tom. 2. tract. 30. diffie. 10. n. 1.* Grassus *tr. de success. §. Testamentum, q. 17. n. 5.* Hunnio in *Encyclopedia iur. p. 4. tit. 3. c. 1. dub. 4.* Vnde Malderus de *Iust. tr. 1. cap. 11. dub. 3.* sic ait: Non omnibus permissum est facere testamentum. Intestabiles enim sunt in primis impuberes: ij enim, etiam pubertati proximi, ne quidem ad pias causas testari possunt; fauor enim piæ causæ non supplet defectum voluntatis & intellectus. Ita Inl. Clar. *quæst. 5.* qui dicit hanc esse communem. Quamuis autem tutor multa nomine pupilli possit, testari tamen non potest, illa institutio, *Capacioria, ff. de hered. instit. Quod* verò ante decimum quartum annum expletum, itavt saltem inchoatus sit ultimus dies, arculus; aut ante duodecimum fecmina, etiam si malitia suppleat etatem, testari nequeat, nisi ex dispensatione Principis. Ita Malder. Vnde Hunnius, *supra n. 5.* & Grassus *n. 16.* rectè obseruauerunt permissu Principis posse impuberes ad causas pias testari.

2. Non desinam tamen hæc adnotare Bonacin. *disp. 3. quæst. ult. punct. 2. num. 2.* asserere, impuberes posse ad pias causas testari, quia ius Civile non habet potestatem circa ea, quæ pertinent ad pias causas, sed contrarium docet Dicast. *lib. 2. tr. 19. disp. 1. dub. 12. num. 158.* quia Ecclesia id tempus exigit, ut quis censetur maturum habere iudicium ad testandum idque colligitur satis ex *capit. licet de sepulchris in 6.* vbi de minoribus filiis dicitur. Qui nequeunt antequam ad annos pubertatis perueniant, eligere sepulchrum.

## RESOL. VIII.

An damnatus ad mortem possit ad pias causas testari?

Et quid si ante damnationem ad pias causas testatus fuerit? Ex p. 7. tr. 6. Ref. 8. alias 7.

§. 1. **N**on posse damnatum ad pias causas testari, docet Iulius Clarus *lib. 3. recept. sentent. §. fin. quæst. 5.* Didacus Couarruias *ad rubr. de testament. part. 3. numer. 27.* Petr. Gilkenius *ad lib. 21. numer. 7.* Codic. *qui testament. fac. poss. Michaël Grassus tractat. de succession. §. testamentum, quæst. 17. numer. 8.* Ioan. Sichard. *ad rubr. Cod. qui test. fac. poss. num. 21.* Andr. Tiraq. *de priuil. pia caus. priuil. 79.* Didac. Couar. *de testam. p. 3. num. 44.* Adeo vt ne quidem de illis bonis, quæ hodie referuntur liberis, testari queat. Mich. Grass. *tract. de success. §. testamentum, q. 17. num. 8.* Imò licet ante damnationem ad pias causas testatus fuerit, tamen capitali damnatione secuta

K x 2 testamentum